

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab
Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici
dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

1 Parochi denunciations trinas matrimonijs contrahendis praemittendas
remittere non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO LXVI.

Ex conf. 18. in Novis deest in antiquis.

Sponsalia solemniter de futuro cum aliqua contrahens, & ea m̄ antequam per verba de præsenti coram parocho, & testibus per Concilium Trid. scilicet 24. de ref. matr. c. 1. ad id requisitus contrahat carnaliter cognoscens, quamvis eam ducent tenetur, maritus tamen eius non efficitur, eo quod nec matrimonium hodie per copulam affectu maritali post sponsalia habitum præsumitur, nec absque præsentia parochi, aut alterius Sacerdotis de illius, vel ordinarii licentia, & sine testibus valide contrahi potest.

DECISIO LXVII.

Ex conf. 19. in Novis, deest in antiquis.

Cum omnis promissio rei notabilis licet præmittentem, sub pena peccati mortalis iure naturali, & canonico obliget, c. 1. de pacis, & iuramentum quacumque arte verborum concipiatur, in eo sensu adimpleri debet; quem cui iuratur, intelligit, c. Quacunque 22. q. 5. & Nau. in Man. c. 6. nu. 18. quare virginem in uxorem ducere præmittens ducere teneatur, etiam si talen promissionem absque animo adimplendi fecerit.

DECISIO LXVIII.

Ex conf. 20. in Novis, deest in antiquis.

Virginem diu solicitans, singendo eam in uxorem ducere velle, si tantum ad oculū, & tactus perueniat, quamvis illam in uxorem ducere non tenetur, dōrem tamen aliquam in illatī damni compensationem assignare debet.

TITULUS II.

De desponsatione impuberum.

S V M M A R I U M.

- 1 Sponsalia impuberum est ad matrimonium obligent, non tam superueniente etate matrimonium fiunt.
- 2 Sponsalia inter puberem, & impuberem valent, sed pubes resilire non potest donec alter pubescat, & contrahere nolit.
- 3 Sponsalia per parentes sponsis præsentibus, vel ratificantibus contrahēta tenent, possunt tamen, etiam si iurata fuerint, mutuo consensu dissoluī.
- 4 Impuberis, an, & qui consensum sufficientem ad matrimonium contrahendum de præsenti habere censemur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 2.

Quamvis duo impuberis, aut pubes cum impubere etiā per verba de præsenti intellecant, non tamen utrum inter se matrimonium, sed tantum iuris fictio ne, c. 1. de spons. impub. in 6. sponsalia de futuro contrahere censentur, nisi pubertati proximi sint, & malitia, vel potentia supplet etatem; Sed neque per solam etatem superuenientem talia sponsalia in matrimonium transeunt; adeo ut alter eorum aduenienter etate cum alia, vel cum alio matrimonium valide contrahere potest; Sic tamen cum alia, vel cum alio contrahens matrimonium peccat, nisi aliqua iusta de causa superueniente excusat eo, quod sponsalia priora de futuro etiam inter impuberis in conscientia ad matrimonium contrahendum obligant.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 1.

Pueros cum puella impubere sponsalia de futuro contrahens, expectare tenetur nec sine peccato resilire potest euam de consensu eius, donec illa pubescat; Quod si aduentore pubertate puella cum eo contrahere tenuat, poterit

viterque libere a præsatis sponsalibus discedere; Aut si ipsa tunc cum ipso contrahere voluerit, tenetur ipse cum illa contrahere; Sin antequam illa pubescat, etiam de consensu eius, vel postquam ad puberatatem perueniet sine consensu eius, matrimonium cum alia per verba de præsenti contrahat, peccat quidem mortaliter, matrimonium tamen alias legitimè contrahendum valeret; ita Doctor. in c. 1. de despons. im-

DECISIO III.

Ex conf. 14. alias 3. de rescript.

Sponsalia per parentes sponsis absentibus, nec postea ratificantibus illa contracta, nihil valent; cap. 1. § porro, de spons. impub. in 6. fin. vero ipsis præsentibus, vel postea ratificantibus contrahēta sint, siue iurata, siue non iurata fuerint, disposita poena, vi. is, per quem fieret, quo minus Matrimonium inter eos contraheretur, alteri poena nomine certam aliquam pecunia quantitatē solueret, valida censenda sunt, & ad Matrimonium contrahendum obligant; Quod si alter resilire velit non potest poena illa peti; cum nemo ad Matrimonium contrahendum per poenam obligari insit posse, c. Gēma. de sponsal. Possunt tamen huiusmodi sponsalia de amborum sponsorum consensu solui, ca. Præterea ita ut non sit operus absoluzione via de iuramento factio; Per remissionem enī fidei, & promissionis date, remittitur etiam et iuramentum quod tanquam earum accessorium apponi solet.

DECISIO IV.

Ex conf. 5. in Novis deest in antiquis.

Impuberes non habere consensum sufficientem ad matrimonium de præsenti contrahendum esti ius canonicum alicubi insinuare videatur c. 2. de despons. impub. verius tamē est, id solum in infantibus, & aliis dolī non capacibus intelligi, vnde alibi inter eos sufficientem consensum inveniri posse tradit, c. continebatur. de despon. in pube, & c. fin. de eo qui cogn. confan. vx. & impuberibus quibusdam, vt Matrimonium contrahere possent, Pius V. concessione dicitur, quāvis postea Gregorius XIII. die 13. Aprilis 1580. respondisse ferunt sedem Apostolicam eb̄ hoc non esse interpellandam, cum si desit decisio, vel potentia consumandi. Matrimonium fedes Apostolica nihil possit; quod si neutrum ecesserit cognovit ordinarius, poterit (sic causē que narrantur verā hī) suo iure dictam licentiam concedere.

TITULUS III.

De clandestina desponsatione.

S V M M A R I U M.

- 1 Parochi denunciationes triuas matrimonij contrahendis premittendas remittere non possunt.
- 2 Parochianum non facit habitatio ad tempus extra domicilium.
- 3 Matrimonium sine præsencia parochi, in locis ubi Concilium receptum non est, an ualeat.
- 4 Matrimonium clam ducta velicta, cum alia contrahendum, in locis ubi Concilium non est receptum, non ualeat.
- 5 Matrimonium raptor cum raptā ante restituitionem contrahere nequit.
- 6 Matrimonium cum non baptizato contrahendum est nullum.
- 7 Absolui nequit, qui infidelē ducit, nisi ab eas separat.
- 8 Matrimonium, cui nec parochus, nec alius de illius licentia aderat, per cohabitationem septennem, non validatur.

DECISIO I.

Ex conf. 1. in utrisque.

Qui Matrimonium contrahere volunt, & timent, ne si publicaretur; antequam esset contrahendum,

maluolis retardaretur, vel etiam impeditetur remissio-
nem, & relaxationem praemittendi trinas denunciations
per iura, capit. cum inhibicio de clande. de p. & Concilium
Tridentinum, sess. 24. c. 1. de ref. matr. praeceptas, ab Episcopo
petere, & impetrare debent, nec a parocho remitti possunt;
cum Tridentinum concedendo hanc facultatem Episcopis,
eam parochis tacite negare videatur. c. Nonne de præsump.
& Nau in Man. ca. 22. num. 70.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 7.

Civitatis incolas, & ruti prædia habentes, & ad rusticis
exercenda aliquoties in anno ad rus accedentes, dimis-
sa in urbe parte familie, coram parocho ecclesiæ parochia-
lis illius ruris, & testibus Matrimonium validum, post Con-
cilium Tridentinum, sess. 24. c. 1. de ref. matr. receperum, &
publicatum, contrahere non possunt; eo quod parochus illius Ecclesiæ ruralis, nullius contrahentium parochus est, cu-
jus tamen præsentia, vel alterius sacerdotis de licentia paro-
chi, seu ordinarii contrahentium ad matrimonium validè
contrahendum omnino necessaria est; Nec habitatio ad tem-
pus extra domicilium etiam in domo, & possessione pro-
pria, aliquem illius loci parochianum efficit, ea is qui, de se-
pult. in 6. nisi quando quis in vitroque loco æqualiter habi-
taret. c. 2. sub fin. co. tit. & lib.

(Advertendum conf. 3. in antiquis 12. dubia in se contine-
re, quorum 1. 2. 5. & 10. defuncti in Nouis, reliqua vero spar-
sum in Nouis sibi alijs titulis pontuntur: Nam 3. est conf. 15.
de sponsal. 4. est conf. 4. de baptism. 6. 7. & 8. sunt conf. 3. & 4.
de Iudeis 9. est conf. 6. de diuortiis. 1. est conf. 1. de summa
Trinit. & fide catholica: & denique 12. est conf. 5. de baptis-
mo in Nouis.)

DECISIO III.

Matrimonium sine præsentia paroche in terris hæreti-
corum, & infidelium ante Concilium Tridentinum,
& etiam post illud in locis illis, in quibus nondum receptū
sui publicatum est, validum censetur, nec dissolui potest si
consummatum fuerit, secus tamen si in locis, vbi idem Con-
cilium receptum, & publicatum est, contra dictum sit, ut pa-
tet in eodem Concil. Trid. sess. 24. ca. 1. de ref. matr.

DECISIO IV.

Qui in locis vbi Concilium Tridentinum nec receptū,
nec publicatum est, clam contrahunt matrimonium,
& reliquæ potesta vxoribus prioribus alias ducunt, vi-
uentibus prioribus, que etiam alijs nubunt, posterioribus
coniuendo peccant etiam post mortem priorum, nec cum
illis, sine sedis A apostolice dispensatione etiam de novo ma-
trimonia contrahere valent: Toto sit de eo qui dux. in matr.
quam poll. Sin vero priores adhuc superstites sint, ad eas re-
dere tenentur, etiam si secundas duxerint; cap. 1. & 2. de sponsa-
duorum, cum omni iure illicitum sit, plures simul uxo-
res habere. c. gaudemus. de diuort.

DECISIO V.

Qui in terris, vbi Concilium Tridentinum receptū est,
puellam rapit, & cum ea coram parocho contrahit,
nullum matrimonium contrahere censetur, sed ne-
que cum illa contrahere potest, quamdiu illa sub raptoris
potestate fuerit, & donec illa in loco tuto, & libero ponatur,
potesta tamen cum illa valide contrahere potest, dummodo
ipsa consentiat, ex Conc. Triden. sess. 24. ca. 6. de ref. matr. &
formam Concilij in contrahendo obseruent: si autem non
sit receptum Concilium, Matrimonium ita inter raptorem,
& raptam etiam sine paroche præsentia contractum tenet, si
verè rapta sponte consentit, c. h. de rapt. etiam antequam ip-
sa in tuto, & libero loco posita sit.

DECISIO VI.

Hæretica, seu schismatica, alteri hæretico, seu schis-
matico rite baptizato nupta, quæ postmodum conuerit

nubit catholicæ, vel postquam ei nuptiæ sit, conuertitur, ad
coniugem priorem, dummodo ipse honeste, & absque crea-
toris contumelia, & abque attractione ad peccatum mort-
ale, eam tractare velit, & alias non sedite tenetur: Nullo ta-
men modo alteri nubere valet etiam catholicæ, & si contra-
hat, matrimonium tanquam nullum, & irritum conferi de-
bet; c. Gaudemus. & ca. quanto, de diuor. & Nauar. in Man.
c. 22. num. 48. Eu quod Matrimonium inter hæreticum, &
schismatæ rite baptizatum contractum valet, cap. Non
oportet, 28. q. 1. & glo. ibi. & S. Tho. 4. d. 39. ita ut si consum-
matus sit, dissolvi nequeat; secus autem inter fidelem non
baptizatum contractum, qualis est Iudeus, Turca, vel pagani,
etiam si iam cathecumenus, vel cathecumena esset. Glo.
in cap. caue. 28. q. 1.

DECISIO VII.

Cum Matrimonium inter catholicum, & Turcam non
baptizatum contractum non valeat; cap. caue. 28. q. 1. &
glo. ibi consequenter catholicus, qui infidelem Turcam du-
cit, & cum ea in fide catholicæ habitat, nec absolu, nec Eu-
charistiam sumere potest; eo quod istorum cohabitatio sta-
tus est fortificationis, qui malus, & illicitus est; c. Nemo. &c.
Meretrices. 32. qu. 4. unde separati debent, postque catholicus
alteram fidelem licite ducere:

DECISIO VIII.

Ex conf. 57. in Novis, deoſt in antiqu.

Matrimonium coram presbytero, & alijs testibus tra-
mehens, & postea septennio ut veri coniuges simul con-
uiuentes, si presbyter ille villus eorum parochus non erat,
neque licentiam ab eorum parocho, vel ab ordinario loci, ad
assistentium Matrimonio habuerit, adeo nullum, & inutili-
dum est, ut partes a seipsis discedere, & alteri copulari pos-
sint, ut colligatur ex Conc. Trid. sess. 24 de ref. matr. cap. 1.

TITULVS IV.

De conditionibus appositis.

SVMMA RIM.

1. Matrimonium conditionale impleta conditione perficitur.
2. Absolutio data cautione, ea non præstata, non valeat.

DECISIO I.

Ex conf. 8. alias 1.

Qui Matrimonium coram parocho, & testibus per ver-
ba de præsenti sub conditione licita, nimirum si pa-
tri eius placuerit, contrahunt, cap. super eo. de condit.
appo. non tenet, ut post partum ipsam conditionem de-
nuò coram parocho iuxta Concilij Tridentini præceptum,
sess. 24. cap. 1. de ref. matr. matrimonio: quia illius enim
consensus conditionis præstitus durante conditione ma-
trimonii non perticiat, eo quod pendente conditione con-
sensus ille non sit liber; qui tamen huiusmodi consensus
continuatus visque ad impletam conditionem ea impleta
consensum priorem perficit, & liber efficitur post impletam
conditionem sine alio consensu, verum matrimonium
efficit; cum regula iuris receptissima sit, quod dispositio co-
nditionalis adueniente conditione purificatur, adeo ut ab eo
tempore ita censetur perfecta, ac si a principio pure contra-
cta fuisset, & ex conditionali. Inst. de verb. oblig.

DECISIO II.

Ex conf. 20. alias 46. de statu Monach.

Qui iussus est ab excommunicatione absolu, data prius
cautione de parendo iuri, & post moram in caendo
factam monitus, ut intra certum terminum præsen-
taret cautionem, illam intra præfixum terminum non pre-
sentaret, & accusatus de consummacione iudex in excommuni-

I. 3. cito-

